

filici non habent aliquam immunitatem soluendi publici vectigalis, & in terminis hanc partem tenent Bertachin. de gabell. 7. par. princip. q. 8. n. 25. cum sequentiibus, Parlador. lib. 1. rerum quosidiana-rum. c. 3. l. 1. n. 3. cum seqq. vt dict. §. siscu, procedat in fiscoseus in aliis vniuersitatibus non habentibus fiscum, & sic in minus ptuilegiatis: ha-nat que ex suis venditionibus, & permutationibus soluere tenentur suis conductoribus gabellam, non vero fisco, quam etiam proculdubio probat, & tenet Lassat. de decim. vendi. cap. 18. n. 92. & 93. vbi loquitur in ciuitate in qua, & in alio locatore gabellarum vendente, idem etiam sequitur Bobadilla en su Polissica de Corregidores, lib. 2. cap. 16. n. 173. litera I.

15 Requiritur tamen modo dicta distinctione sicut supra probata, vt quoties domini particula-res, aut commune alicuius ciuitatis, vel villæ gabellas, quas ex privilegio, vel alio titulo Regio, aut ex incapacitate habent, & in se possident, eas locant aliis pro vno, vel pluribus annis, certo quodam pretio mercedeve constituta vniuersaliter, vel indefinite: tenebuntur soluere gabellam suis conductoribus ex venditionibus, & permutationibus rerum suarum, quas durante tem-pore locationis fuerint, nisi expresse hoc sibi referuerint, vel exceperint in locatione, quæ erit prima limitatio clara, & expedita præfatæ sen-tentiæ.

16 Secundo limitatur, quoties locatio earum gabellarum tantum fieret, quæ ipsis dominis com-pertent ex venditionibus & permutationibus, aliisque contractibus suorum subditorum, vel etiam exterorum in suis territoriis, & dominiis contrahentium, & sic restricte ad eos, non vero generaliter, & indistincte ex omnium contracti-bus, quia tunc etiam clara res est, cum tantum fue-rint locatæ, & cessæ gabellæ aliorum, & consulto omiſſa persona loquentis, ac proinde habendum, ac si ea exceperetur: quod si dubia res esset, nec apparet, quid clarius præponderet contra gabellam, in dubio erit iudicandum, iuxta resoluta per nos supra q. 6. n. 10.

17 Superiora tamen, quamuis ita se bene habere videantur, nihilominus vera omnino non videtur præfata distinctio quantum ad secundum mem-brum, nempe, vt quoties prædict. Magnates locant aliis prædict. gabellas vniuersaliter, & indefinite teneantur omnino soluere gabellam ex suis venditionibus, & permutationibus postea celebratis, durante tempore locationis suæ: siquidem ipsi non habent contra se ius, nec actionem exigendi a se gabellam, quia actio, & passio non possunt concurrere in eodem subie-cto, ac proinde, quantumcunque locent gabellas, & cedant totum ius, quod habent ad eas exigen-das, siue vniuersaliter, siue indefinite, cedere non videntur ius, quod ipsi non habent contra se, nisi expresse, & nuncupatim hoc cedatur, nec tenentur de euisione, pro eo, quod non potest videri cessum neque locatum: Diverse est in gabellis exactis ab ipsis dominis ante suam locatio-nem à contractibus aliarum personarum, quia in his profitemur teneri de euisione ipsos domi-nos, ac proinde comprehendunt sub sua locatione, cum id ius habent, quod cessant. Denique, quia prædict. distinctio verbalis potius est, quam realis, siquidem plerumque in huiusmodi locatio-nibus dominorum non solum ius exigendi, quod ipsi habent, ceditur, sed etiam omnes gabellæ locantar, inanis profecto remaneret prædict.

distinctio: siquidem ex vsu notariorum, vel nimia cautela conductorum semper adderitur in instrumento locationis gabellarum, quod locan-ter omnes gabellæ: Quare hoc sufficere non debet ad hoc, vt remanent obligati ipsi domini ad soluendam gabellam ex suis contractibus venditionum, & permutationum conductoribus suis, nisi hoc expresse, & nuncupatim conue-nit.

Limitationes igitur prædictæ distinctionis supra relatæ veræ sunt contra gabellam: secundum vero membrum præfatæ distinctionis minime.

Pro vera ergo huius difficultis quæstionis resolu-tione breuiter dicendum est, quod is, qui ius gabellarum locat, plenus est, & verus illius iuris dom-inus, veluti filicus, ciuitas superiorem non recog-noscens, aut quicunque alius dominus temporalis alias Regi subiectus, veluti Comes, Marchio, vel Dux, & quilibet alius alicuius territorij gabellas habens iure proprietatis, iuxta tex. in cap. super quibusdam, de verbis. significat. Et in his vera est, & seruanda prior sententia Bald. in dict. l. emptor. & Bart. in d. s. fisco, & communis, de qua sup. n. 5. quos magis communiter Doctores sequuntur, & est veterior, & communior secundum Boer. diff. decis. 213. n. 1. & 2. & nouissime Lassat. in addit. add. c. 18. n. 92. pag. 40. in 1. col. cum sequentiibus, vbi late in terminis hanc partem probat, & de-fendit respondens fundamentis contrariis Bart. d. consi. 226. & Parladorij vbi supra, tenentium con-trarium, & communem sequutus fuit breuiter prius, idem Lassat. in suo opere principali de de-cim. vend. c. 19. n. 8. per totum.

Si vero is, qui ius gabellarum locat, non est verus dominus illius iuris, sed ab alio conductum habet prout contingit in conductore maiori, qui aliis relocat, & in ciuitate, vel villa, seu quocun-que alio loco, qui speciale ius ipsius aut genera-lem Regi conuentionem susceperit, siue à Rege, siue à quocunque domino, quam encubecamento, vulgo dicimus, & gabellas sui territorij aliis loca-uerit, quæ est propria species quæstionis nostræ, & tunc si postea aliquid vendiderit, aut permuta-uerit, neque à principio in ipsa locatione sibi ca-uerit, proculdubio tenendum est, cum pro gabella suæ venditionis, aut permutationis suo conductori teneti, non minus, quam si ipse minor condu-ctore maiore, ciuitate, vel loco, sed à Rege ipso, vel domino à principio, & immediate conduxisset, vt euidenti ratione probat idem Lassat. in addi-tionibus, vbi supra, columna quadragésima prima, ad finem, & colum. sequenti. Et in hac specie pro-cedit, & loquitur secunda opinio supradictæ, nempe Bart. in dict. consilio. Bertach. Parlador. & Bobadil-læ, estque etiam communis, & vera præter quam in fisco, & dominis proprietariis gabellarum eas locantibus, in quibus procedit prima pars huius distinctionis, & communior tamen adhuc in hac eadem specie contrarium voluit Parlador. vbi supra. Sed nihilominus tenenda est prædict. veterior, & communior sententia modo relato, & cum his remanet expedita ista quæstio: tunc dummodo animaduertamus idem, quod diximus de Rege, obseruatum fore in Regina, vt si quid suum ven-diderit, aut permutauerit, gabellam non debeat publicans, nec non, & in Principe, & in Infantibus huius Regni, vt bene iure probat idem Lassat. in addit. ad c. 19. n. 8. fol. 45.

SVM MARIA.

- 1 Consuetudo ciuitatis, vel villa non soluendi gabellam ex venditionibus à se celebratis, an excuset ab eius solutione, quando de hoc nihil conuenit in locatione gabellarum tam à prædict. communitate in conuentionem, & numeris sequenti-bus.
- 2 Consuetudo, & possessio immemorialis non soluendi gabellam, neminem excusat.
- 3 Contractus recipit interpretationem à consue-tudine.
- 4 In contractibus venit ratio consuetudinis, quod alias non veniret.
- 5 Pactum quanto minoris consuetum apponi in venditionibus, censetur appositum, licet fuerit omiſsum.
- 6 Consuetudo solet interpretari quoscunque homi-num actus, & qualibet dispositio secundum con-suetudinem interpretatur.
- 7 Concessio in dubio censetur facta secundum consuetudinem, & morem concedentis.
- 8 Concessio facta ab Ecclesia censetur facta secundum consuetudinem loci contra-ctus.
- 9 Doctor conductus, videtur conductum secundum consuetudinem studij.
- 10 Qualibet dispositio recipit interpretationem à consuetudine, & n. 10.
- 11 Societas videtur contracta secundum consuetu-dinem regionis, nisi aliud ex voluntate contra-hentium constaret.
- 12 Consuetudo non solum est interpretatiua legum, & privilegiorum, sed etiam scripturarum ex decennij lapsu.
- 13 Officiales deputati ad vendendum gabellas com-munitatis debent vendere more solito, alias om-ne pactum inisum per istos officiales cum empri-ribus gabellarum contra solitum modum ven-dendi, est nullum.
- 14 In dubio in contractu censetur repetita consue-tudo, & stipulatum censetur, quicquid est de consuetudine.
- 15 Omnis dispositio accipit interpretationem, & complementum à consuetudine, & ab eo, quod fieri solet.
- 16 Consuetudo vbi varia est, & difformis non cen-setur iuxta eam contractum, nisi frequentius ali-quid obseruetur, imo fortius semper aliquid con-sueti, fieri, siue excipiat aliqui conditio, siue non, vt in n. 17.
- 18 Consuetudo interpretatiua contractuum quoad non soluendam gabellam non censetur exclusiua à legibus gabellariis, sed tantum derogatoria, & in n. 19. & 20.
- 19 Casus presentis quæstionis praticatus.
- 20 Ignorantia facti in dubio presumitur: fallit in consanguinitate, vicinis, & ciuibus, quando extat fama eius facti, cuius scientia præsumitur in vicinitate, & ciuitate, maxime in actibus succes-siuis, vt est consuetudo, & in actis publicis, vt est in decretis publicatis, & in statutis, quorum scientia presumitur.

QVÆSTIO LXXXVI.

An consuetudo ciuitatis, vel villæ non soluendi gabellam ex venditionibus à se celebratis excuset ab eius solutione, quando de hoc nihil conuenit in loca-tione gabellarum à præd. communitate facta in conductorem?

Quæro tamen modo circa prædicta in quæstione proxime præcedenti, quia resolutum com-munitatem ciuitatis, vel villæ locantem gabellas, quas iusto titulo possidet, teneri soluere condu-ctibus gabellam suorum contractuum post loca-tionem, durante tamen tempore locationis à se celebratæ, nisi aliud in ipsa locatione conuenit. Quid erit dicendum, si consuetudo antiqua in illo oppido ad sit in contrarium, nempe non soluendi communitatem gabellæ rerum suarum in simili specie, siue hoc esset exceptum, siue non in prædict. locatione: tunc vero nouissime petitur gabella ex re-bus venditis, vel permutatis ab illa communitate? Casus hic ex facto contingit, & mihi sententia diffinitua decidendus commissus fuit: Gabellarij fundabant suam intentionem dicentes, de iure teneri communitatem soluere gabellam, iuxta supra resoluta in quæstione proxime præcedente, cum eam, vel eas non exceperit in prædict. loca-tione, addentes, quod si in aliis locationibus gabellas similes non soluerunt, fuit ex eo, quia in ipsis locationibus fuerunt expresse, & nominatim exceptæ: At vero in hac vitima locatione hoc fuit omiſsum, & ideoque remanere debet hic casus in dispositione iuris communis, ac proinde teneri communitatem soluere gabellas rerum suarum, quas durante sua locatione vendidit, vel permutauit.

Rursus, & ex diuerso communitas, à qua præ-dict. ratione petebantur gabellæ, respondit eam ad earum solutionem non teneri, tum ex communiori sententia, de qua in quæstione præcedenti Dyni, Bart. & aliorum in l. licitatio, §. fisco, ff. de publi-can. & vectig. quæ expresse habet, vt in prædict. specie non teneatur soluere gabellas rerum sua-rum prædict. communitas conductoribus earum: tum etiam, quia consuetudo legitime præ-scripta habet, & probatur non soluendi prædict. gabellas in similibus locationibus, etiam si exceptio prædict. omittatur, quantum, quid iuris?

In tamen sanorem conductorum facit primo, quod nullus possit se excusare à solutione gabellæ, vir-tute possessionis, & consuetudinis etiam immemorialis non soluendi gabellam, iuxta l. i, expresse, id est, tit. 13. hoc libro nono, quod recte lex illa potuit statueri, vt in eius terminis tradit Menchac. de success. creat. 1. part. §. 10. numero 22. & §. 26. numero 140. libro tertio. & Lassat. de decim. vendit. capite 19. numero sexto & septimo, vbi allegat Aucudann. 2. par. cap. 4. pret. n. 27. usque ad finem dicentem, non omne privile-gium sufficere in hac materia, nisi in libris Regis sit scriptum, prove etiam ex eadem l. patet expresse in fin. ibi: Saluo si las tales mercedes, y franquexas fueren assentadas en los nueſtros libros de lo saluado, y sobre escritas de nueſtros Contadores Mayores quam l. in idem citauit nouissime Molina de

instituta. & iure, in 2. tract. dist. 75. versio. in Regno Castellæ, col. 457.

3 Sed pro parte, & in fauorem concilij, & communitatis conuenit facit illa iuris regula, & conclusio, quæ habet, quod contractus recipit interpretationem à consuetudine. *l. quod si noluit. §. quia assidua, ff. de adilit. edit. ibi: ea enim, que sunt moris, & consuetudinis in bonæ fidei iudiciis debent uenire: sed hic contractus locationis est bonæ fidei, ut in §. actionum, instit. de action. & ibi omnes.* Ergo in eo intelligitur, & venit præd. consuetudo, & iuxta eam debet contractus interpretari: ex quo textus in d. §. quia assidua, inquit Cap. pol. in l. ad res donatas, n. 4. ff. de adilit. edit. t. quod in contractu aliquid venit ratione consuetudinis, quod alias non ueniret: & alia plura cumulat idem Cap. pol. in dicit. §. quia assidua, præcipue, n. 33. t. ubi ait, quod si sit de consuetudine, ut uendens fundum sub pacto legis commissoriae apponat pactum, quanto minoris venditor uendat fundum alteri, quod illud minus sibi emptor primus restituar, & postea fiat una uenditio sub d. pacto legis commissoriae, neque fuit appositum aliud pactum, quod nihilominus censetur esse appositum, ut tenet gloss. in l. si fundus, §. in commissoria, per illum tex. ff. de lege commiss. quam sequitur infinitos auctores citans, qui generaliter docent, quod contractus recipit interpretationem à consuetudine, Ant. Gabriel in suis communibus opinionibus lib. 6. concl. 1. in princip. tit. de consuet. t. & inquit Petrus Sard. cons. 94. n. 22. lib. 1. quod consuetudo solet interpretari quoscunque hominum actus, & qualibet dispositio secundum consuetudinem interpretatur, Innocent. c. olim, de verb. signifi. lal. in l. vi liberis, n. 7. C. de collat. Beccius consi. 101. n. 48. vbi ex Bald. in l. si certis annis, C. de part. t. quod concessio in duo censetur facta secundum consuetudinem, & morem concedentis. Idemque probat in feudi concessione, & inquit Philip. Decian in l. semper in stipulationibus, n. 7. ff. de re iur. per tex. ibi, quod si non appareat, quod actum est, consequens erit, ut id sequamur, quod in Regione, in qua id actum est, frequenter, & quod in contractibus, si non apponatur, quod actum est, recurritur ad consuetudinem, & imprimis inspicitur consuetudo ipsius contrahentis, ut in l. vi uni, ff. de pignor. act. & in aliis iuribus ibi ab eo citatis. t. Unde concessio facta ab Ecclesia videtur facta secundum consuetudinem loci contractus, ut notat Alexand. consi. 124. consideratis, col. 1. n. 4. lib. 5. quem ibi sequitur Decian.

9 Sed cessante consuetudine contrahentis, secundum consuetudinem loci contractus interpretatur, ut in d. l. semper in stipulationibus, & in d. §. qui assidua, & in aliis iuribus, quæ ibi citat n. 8. inferens, n. 9. t. quod Doctor conductus videtur conductus secundum consuetudinem studij: & tandem n. 10. inquit, t. quod generaliter qualibet dispositio recipit interpretationem à consuetudine secundum Innocent. quem refert & sequitur Abb. in c. certificari de sepult. & late plura congerit Felin. & alij quos citat ibi Dec. & bonum tex. pro his in l. item eorum, §. sed si ita, ibi secundum consuetudinem locorum, ff. quod cuiusque vniuersi.

11 nomin. t. Sic etiam societas videtur contracta secundum consuetudinem Regionis, ut ex d. §. qui assidua, tenet Greg. Lop. in l. 10. tit. 10. p. 5. in gloss. magna ibi: Ego uero nisi constaret, contrahentes noluisse sequi consuetudinem, ut cum Gualden. obseruat Aut. Gabr. vbi supra, n. 70. Opus ergo est ad

hoc, ut secundum consuetudinem non videatur contractum, hoc expresse dicitur in etiam videmus, quod consuetudo non solum est interpretaturarum legum, & privilegiorum, sed etiam scripturarum ex decennij lapsu, tex. in c. cum dilectis, & ibi Ant. de Barr. n. 13. & 23. ad fin. & Abb. n. 7. de consuet. & communis ut resoluimus lib. 3. Pract. q. 61. n. 26. sequitur, & probat Tyber. Decian. respon. 51. n. 51. vol. 2. & n. 53. 54. 55. 58. 59. & 60. & consil. 46. n. 128. cum segg. vol. 2. idem consil. 32. n. 16. vol. 2. & consil. 124. n. 27. vol. 3.

Secundò principaliter in fauorem dicti concilij, & communitatis hoc videtur in terminis decidere Bart. in l. 1. C. de Pasquis publi. & prima lib. 11. vbi ita inquit: & nota argumentum ex fine huius l. quia si officiales deputantur ad vendendas gabellas communis, quod omne pactum initum per istos officiales cum emptoribus gabellarum contra solitum modum vendendi est nullum, quia intelligitur eis concessa potestas, ut vendant more solito, & non aliter quom sequitur Barbach. in tract. de gabellis, in 2. par. principi. q. 3. m. 11. vol. 11. tract. diuers. in antiquis: t. addens, quod in dubio in ipso contractu, & quolibet alio centro repetita consuetudo, & stipulatum censetur, quicquid est consuetum ex d. §. quia assidua, iuxta Bald. in l. 1. in 2. q. n. 4. C. pro loc. ibi: & si ita est consuetum, intelligitur etiam tacite hoc actum, quod consuetudo, & tacitum pactum deducunt videtur, quem refert, & sequitur Anton. Gabriel. vbi supra, n. 3. vbi in idem citat Carol. Rynd. consil. 74. vol. 1. est bonus tex. in l. licet C. locat. ibi, si tamen non est expressum in locatione mos, Regionis postulabat, & rationem rei iuxta bonam fidem haberi recte postulabat, eamque formam, qui ex appellatione cognoscer, sequitur. t. Omnis namque dispositio accipit interpretationem, & complementum à consuetudine, & ab eo, quod fieri solet, secundum Dec. consil. 441. n. 9. quem refert & sequitur Decian. Genues. 16. n. 14.

Nec contra hanc partem obstat, si dicitur, quod consuetudo accipiendi hoc in aliis locationibus, venditionibus, & permutacionibus ipsius concilij non sit vniformis, quia sæpe omittitur, & omissa fuit ea pæctio atque exceptio, ut proponitur, & sæpe etiam adicitur, quo casu cessat dispositio d. §. quia assidua, & omnia supra adducta per eum tex. & in terminis sic declarat hanc materiam Ant. Gabriel vbi supra, & vbi consuetudo varia est, attenditur ius commune, vel id, quod magis, & frequentius fuit obseruatum, Beccius consi. 101. n. 51. & facit Menoch. lib. 4. presumpt. 31. n. 8. & Beccius consi. 7. n. 27.

Nam respondeo primo, communis, & frequentius esse solere apponi præd. pactum, & exceptionem in fauorem concilij, ut ex processu constat, & præterea hanc esse conditionem expressam inter alias ipsius concilij positas in suo libro communi semper obseruatum in similibus locationibus, nempe, ut concilium non soluat gabellam suarum venditionum.

Secundo, t. quod etiam si varia esset consuetudo id excipiendi, vel non: attamen illa consuetudo certa omnino, & inuariabilis est, quod siue id excipiatur, siue non excipiatur, concilium nunquam soluere gabellas, quamuis sæpe, ac sæpius hic casus acciderit: At hæc consuetudo excepta videtur, ac secundum eam contractum, licet eius mentio facta non fuerit in hac vitima locatione gabellarum, vel in quibusdam alijs præcedentibus: siquidem siue excepta fuerit, siue non adhuc consuetu

consuetudo legitime præscripta (de cuius valore non dubitatur) habet gabellam concilium non debere de suis venditionibus, nec vnquam eam soluere: Hæc igitur semper censetur excepta, & iuxta eam facta locatio gabellarum: cum etiam si expresse fuisse dictum contrarium per commissarios concilij, non ualere huiusmodi pactum contra consuetudinem ex defectu potestatis, datæ à concilio officialibus ad vendendum, vel locandum gabellas, ut supra iure probauimus.

18 Non t. obstat etiam l. 1. cit. 18. lib. 9. nona Collect. Reg. allegata pro prima parte, quia hoc casu concilium non inuatur ex sola consuetudine non solendi gabellam, quod prohibet d. l. 1. sed præterdicit, ut iuxta præd. consuetudinem vitum sit locasse gabellas, & sic quod in earum locatione excepta sint, quæ alias ex suis venditionibus deberentur, prout expresse poterat excipere, & pacifici, ut eas soluere non teneretur: quia quod consuetum est, censetur in contractibus dictum, & exceptum, ut supra late probauimus: Itaque præd. consuetudo potius est interpretata voluntatis contrahentium, quam derogatoria legis, t. At consuetudo interpretatur attendenda est etiam in materia gabellarum non soluendi, nec censetur sublata à d. l. 1. sed tantum eius derogatoria, ut in terminis dict. l. 1. probat Laftard, de decim. vendit. cap. 2. n. 3. ad fin. & diximus non semel in question. præcedentibus. t. Licet enim statutum excludat consuetudinis allegationem contra iura scripta, non tamen videtur comprehendere consuetudinem interpretatiuam, Decian. consil. 11. quoniam indicatum n. 10. versio. obstat, Tibit. Decian. cons. 51. n. 56. volum. 2. & consil. 44. n. 19. eodem vol. & ibidem num. 16. Præmaxime, quod hic non agitur de præiudicio Regis, si quidem ei integer soluendum est pretium capitationis, sed particularium conductorum.

21 Quibus t. uis, & consideratis protuli sententiam in causa magni ponderis in fauorem concilij, & communitatis de villa de Zeclauin, absolvendo eam in totum à prædict. petitione gabellariorum, quibus perpetuum silentium imposui decimotertio die Nouembrii ann. 1594. quia reuera fundamenta pro concilio supra adducta expressa sunt, & uigentiora, quam prima pro contraria parte, & ideo in hanc sententiam adductus fui, tum ex supra dictis, quæ sola sufficiebant: tum etiam ex aliis ex parte concilij insuper probatis, quæ simul iuncta rem manifestam faciebant, nempe, quia aderat vnus testis deponens affirmatiue, qui fuit præfens præfæta locutioni gabellarum, nempe, quod fuit recepta sponso iuxta conditiones concilij apponi solitas in præcedentibus locationibus, hoc est, quæ elocentia no pagasse alcualas de las ventas que hiziesse, y otras condicione, & quod errore calami, & negligentia tabellionis fuit hoc omisum in scriptura sponsonis, & receptionis locationis: adertat etiam alij testes deponentes, quod locatio tunc fieret sub præd. conditione, ut fieri solebat absque eo, quod contra consuetudinem ueniret, & quod hæc fuit intentio rectorum locantium: Iurarunt etiam alij testes, semper intelligi appositam dictam conditionem, licet non exprimat: Accessit præterea quod gabellarius actor erat vicinus illius oppidi, & sciebat illam conditionem solere apponi in aliis locationibus gabellarum, ut constabat ex processu, & quod illa conditio apponi solita erat publica, & notoria in oppido, ut fuit proba-

tum. t. Et licet ignorantia facti in dubio præsumatur: fallit tamen hæc regula in consanguineis, vicinis, & ciuibus, quando extat fama eius facti, cuius scientia præcedit in vicinitate, & ciuitate ut late probat Malcard. de probat. vol. 2. concl. 879. in ep. ignorantia semper præsumitur, n. 11. cum seg. maxime in actis luocæssus, ut ibi per eum n. 15. ut est consuetudo, & in actis publicis, ut est in decretis publicatis ut ibi numero. 23. & in edictis iudicis ordinarij publicatis, ut ibi: & in statutis quorum scientia præsumitur, ut ibi n. 24. At conditio præd. & consuetudo erat publica, & notoria, & sæpe publicata, & præterea statutum concilij: Ergo publicani ignorantiam eius iuris præterdere non poterant: Denique in materia gabellariorum, tanquam odiosa, facienda est interpretatio in dubio contra exigentem, ut uoluit Boffius, titulo de vestigal. numero undecimo, quem refert & sequitur Beccius consil. 96. in fin. lib. 1. & diximus supra question. 6. n. 10.

SUMMARI A.

- 1 Ecclesiæ, Monasteria, & persona Ecclesiæ gabellam non debent, nec solunt de venditionibus & permutacionibus rerum suarum, tam iure huius Regni, quam communi, ut in numero. 2. & 3.
- 2 Gabellarius exigens à clericis gabellam indebitam, si est priuatus excommunicatur ipso iure, si uero vniuersitas interdictionem incurrit, nec absoluitur donec restituatur gabella ex actu, & quomodo hoc intelligatur.
- 3 Vendentes Ecclesiis, & personis Ecclesiasticis gabellam soluere tenentur, etiam si præd. motores excemi, comprehen horro de alcualas.
- 4 L. 8. tit. 18. lib. 9. nou. coll. Reg. ratio, & intellectus, & numero 4. & 6. & latius numero. 9. per totum.
- 5 L. 7. tit. 9. lib. 6. ordinamenti veter. non est seruanda, & ideo merito non fuit posita in noua Recopilacione, & n. 3.
- 6 L. 31. & 32. tit. 19. lib. 9. non collect. Reg. intellectus, & n. 10.
- 7 Emores ab Ecclesiis, vel personis Ecclesiasticis, si uendant eandem res, gabellam soluere tenentur.
- 8 Mutacione persona priuilegium amittitur, n. 11.
- 9 Gabella non debetur ex fructibus beneficij uacantis venditis per laicum administratorem, vel sequestrem, ut in n. 3. nisi de fraude contra gabellam constaret, ut in n. 14.
- 10 Gabella debetur ex re communi laici, & clerici uendita pro parte pretij laici.

QVÆSTIO LXXXVII.

De Ecclesiis, Ecclesiasticisque personis im-munibus à solutione gabellarum.

QVARO t. de intellectu, & praxi l. 6. tit. 18. hoc l. 9. nou. collect. Reg. qua cauetur: que los arrendadores, y otras qualesquer personas que ouieren de recadar las alcualas, non lanpidas, ni demanden de las ventas, que hizieran de sus bienes qualesquier Iglesias, y Monasterios, Priuados, y Clerigos de los Reynos: ni de los rruuegos, por lo que a ellos toca, y puede tocar.

Imprimis t. obseruandum est, legem hanc non 2 esse

elle iuris noni promulgatoria, sed potius declaratoria, erat liquidum iure communi satis expressum, veritas ab huiusmodi iuribus esse exemptos, vt constat ex c. quanquam, de censib. lib. 6. & Clem. presentem eodem tit. rradit Abb. in c. 1. n. fin. de censib. & in c. non minus, n. 21. de immunit. Eccles. & in terminis Bartach. de gabell. 7. p. n. 9. & 10. Dec. consil. 496. per totum loquens in Ecclesiis, & in clericis quod gabellam soluere non teneantur: Didac. Petez. in l. 1. gl. 1. col. 9. 3. in fin. 3. lib. 1. ordina. Parlad. rer. quot. c. 38. l. 1. n. 16. Matiene. in l. 11. tit. 1. o. gl. 1. n. 2. li. 5. Lassar. de decim. c. 19. n. 9. & cum communi probat Girond. de gabell. 7. p. in princ. n. 3. ¶ Vbi quod gabellarius exigens à clericis gabellam indebite, si est priuatus, excommunicatur ipso iure: veto vniuersitas interdicitur incurrere, nec absoluitur, donec restitatur gabella exacta, vt in d. e. quanquam, quod verum intelligit ipse Girond. ibi n. 3. si gabellarius gabellam exigat à clericis inuito: secus si à sponte solente, iuxta gl. vel. extorsit. in clem. si de censib. arg. tex. in c. dilectus et de simon. Eandem primam obseruationem decidit l. 3. & l. 11. in princ. tit. 3. lib. 1. nou. coll. Reg. vbi dicitur: *Exemptos deuen ser los Sacerdotes y Ministros de todo tributo, segun derecho, & in vel. E qualquier, imponitur pena contrauentibus trium millium dipondiorum vltra restitutionem principalis cum duplo, & in terminis d. l. 6. Porque nuestras intenciones, que a los clergicos, o Yglesias de nuestros Reynos les sean guardadas las franquicias, que por derecho les competen, tambien en lo tocante a las alcavalas.*

4 Tametsi aliud iniuste determinatum fuisse in his Regnis ante præd. l. 6. tempore Regis Ioan. II. vt refert, & latè disputat Montan. in l. 50. in gl. que faran, tit. 6. p. 1. quem merito reprehendit Lassar. vbi supra, & iuxta dispositionem d. l. 6. debet restringi, & limitari lex generalis, que videbatur contraria Regis Henrici IV. Cordub. ann. 1445. que fuit collocata in ordinamento veteri sub tit. 4. lib. 6. l. 4. præcipiens Clericum venditorem teneri solvere gabellam sub penis, de quibus ibi, ita Greg. Lop. in d. l. 50. in gl. faran, tit. 6. p. 1.

Nen tamen adeo latum, & amplum est priuilegium Ecclesiarum, & clericorum, vt ad venditores laicos res suas Ecclesie, vel clericis vendentes extendatur, cum solis ipsi Ecclesie, & clericis vendentibus sit à iure communi, & Regio concessum: Quare hinc est, vt iuste l. 8. dicto tit. 18. hoc libro 9. præcepit: *Que los vendedores legos, y Clerigos, y Yglesias, y Monasterios, y otras personas esemptas, paguen el alcuala, como si vendiesen a personas legas, no embargante, que los compradores esemptos compren los bienes horros de alcuala, y aunque digan, que si los dichos vendedores la pagassen, vernian ellos a comprar mas caro; y que por esta razon les ha de apronechar su priuilegio: si quidem citra res laicorum, & eorum contractus versatur, quamuis inde damnum aliquod Ecclesiasticis personis pronenire videatur, iuxta ea, que alias resolutum Marant. disputatione S. & n. 25. & Mexia in pragmatia panis, concl. 5. n. 39. & in terminis d. l. 8. hanc esse veram eius rationem decidendi contendit Lassar. d. c. 19. n. 10.*

5 Quæ ratione lex illa prætenit, et cum alienationem, eas, scilicet, pignori subiiciendo, antequam ad dominium clericorum emptorum transeant: *Que si los vendedores no pudiesen ser auidos, que de los heredamientos, y otras cosas que se vendieren a los dichos clergicos, y personas esemptas, se pueda cobrar el alcuala: y que para esse efeto,*

siempre, y en todo caso, y en todo tiempo sean obligados los dichos heredamientos, y cosas, que fueren vendidas, & iuxta consimilem doctrinam Bar. in l. re. scripto, §. fin. ff. de numer. & honor. cuius opinio eo casu seruanda est, cum de euitanda fraude agatur (non de damno Ecclesie inferendo) vt euenit in specie d. l. 8. ne, scilicet, debite obventiones, & iura Regalia deficiant, iuxta tradita per Didac. Petez. in l. 1. tit. 3. lib. 1. ordina. col. 90. quo casu lex secularis, scilicet, ad obuiandum fraudibus lata valet, & obseruanda est, secundum Petrum Ancharran. cons. 11. factum Super quo petitur, quem referunt, & sequuntur Lassar. vbi supra. n. 38. & Lassar. c. 19. n. 11.

Sic etiam videbatur instam esse decisionem l. 7. tit. 9. lib. 6. ordinamenti veteri. qua cauebatur, que qualquier lego sujeto a la jurisdiccion Real, que donare, y vender, o en otra qualquier manera enagenare qualquier bienes rayzes, a Vniuersidad, Colegio, o persona esempta de la jurisdiccion Real, pague al Rey la quinta parte del verdadero valor de las cosas, y bienes rayzes, que assi se donaren, y enagenaren, demas de la alcuala, quando por manera de venta fueren enagenadas, y desde luego los obliga a la dicha quinta parte: y manda, que passen con la misma carga, y que sean auidos por tributarios: y desde luego por tales los haze, y constituye, en quanto toca a la dicha quinta parte, &c.

Nihilominus ¶ tamen ex quo ibi non de tam præcauendo antiquo tributo, ordinatio Regio iure, vt fit in dict. l. 8. quam de nouo imponendo agitur in damnum Ecclesie, & clericorum merito non erit seruanda, vt obseruaui Ioan. Matienco in l. 1. i. glossa. 5. ex numero 4. tit. 10. libro 5. noue collect. Reg. quem sequitur Lassar. dict. c. 19. n. 11. Quare merito hac forsitan ratione d. l. 7. non fuit posita in hac noua collectione Regia, sicut nec dict. l. 4. tit. 4. lib. 6. ordinamenti veteri, que præcipiebat, clericis teneri solvere gabellam.

Non tamen admittitur, aut probare possum restrictionem, & intellectum Lassar. n. 1. ad d. l. 8. nempe, vt procedat tantum cum venditor laicus forensis est, aut potentior persona, vel cum clericus emptor contractum non manifestauerit gabellario intra tempus aliis laicis emptoribus statutum in l. 3. i. & 32. tit. 19. hoc libro 9. vt, scilicet, quibus casibus laicus emptor ad totam venditionis gabellam, quæ solet venditori incumbere obligatus manet legali, ac personali obligatione, & vt in dictis l. 8. Regis ille emptor ex legali rei vendit pignore teneatur, non quidem semper, vt ceteri emptores, sed in subsidium duntaxat, quando, scilicet, à venditore commode exigii gabella non possit propter vitandam fraudem, quæ facile alias posset committi: Itaque si laicus venditor ex potentioribus non esset, de quibus in dict. l. 3. & clericus emptor manifesta- ret venditionem gabellario infra terminum d. l. 3. i. ad finem, cum hoc casu laicus emptor ad nihilum etiam ratione pignori teneatur, siue venditor haberi queat, siue non nec quidem clericum istum emptorem teneri dicendum videtur, quamuis venditor haberi nequit, ne peioris conditionis sit clericus in hoc, quam laicus.

Hic enim intellectus maxime restringit litteram dict. l. 8. eiusque generalitatem, ipsamque offendere videtur, cum fit certa quedam nouaque principalis decisio formam præscribens, que similibus

similem declarationem non patitur, nec personas clericorum emptorum vilo modo obligat, sed bona tantum eis vendita pignori subicit ante translationem domini earum in eisdem clericis, pro securitate solutionis gabelle eo solum casu: *Que los vendedores no pudiesen ser auidos: Nec decisio dict. l. 31. & 32. trahi potest ad clericos emptores, quia dum loquitur de emptoribus, tantum disponit contra laicos, eos obligando ad solutionem gabelle eo casu cum pena de qua ibi: Vnde verisimile non est contra clericos emptores loqui voluisse, cum ipsi alias à iure sint exempti & priuilegiati, nec ex venditionibus, & permutationibus rerum suarum, aut aliis contractibus gabellas aliare tributa, aut impositiones soluant, vt in l. 6. hoc tit. 18. Ergo multo minus cum emptores existunt, vt in specie dict. l. 8. quos, vt prædiximus ea lex non obligat, sed tantum bona eis vendita pignorat ante translationem domini earum, vt ex fine dict. l. 8. patet. Similiter ergo, nec eos comprehendunt dictæ leges 31. & 32. ne alias statutum esse videatur contra libertatem Ecclesiasticam, quod abhorret nostri Catholici Reges Legislatores: dict. l. 6. dicentes: *Porque nuestra intencion es, que a los Clerigos, e Yglesias de nuestros Reynos les sean guardadas las franquicias, que por derecho les compete: tambien en lo tocante a las alcavalas, mandamos, &c.* Hæc autem immunitas non tantum consistit cum clericis vendunt res suas, vt de eorum venditione gabellam non soluant, sed etiam quando clerici sunt emptores, quo casu laici non semper, sed certis quibusdam casibus tenentur gabellam soluere, vt cauetur in d. l. 31. & 32. vt in eisdem clericis emptores gabellam minime soluant.*

10 Superest igitur ex his, vt decisiones dictarum legum sint seruandæ singulæ in suis casibus, in quibus loquuntur, nempe dict. l. 8. cum venditio bonorum fit à laicis, clericis, vel Ecclesiis, horra de alcuala, dictæ vero l. 31. & 32. cum fit laicis, cum quilibet horum casuum suam particularem decisionem habeat, & ideo vnus decisio ad alium casum non est trahenda, nec è contra: præterquam si clericus ex negotiationis causa emerit, tunc enim quoad exactionem gabellæ ab eo faciendam laico æquiparatur, vt in l. 7. tit. 18. hoc lib. 9. Ergo merito quod in clerico negotiatore emente procedat quoque, & locum habeant dict. tit. 31. & 32. sicuti, & ceteræ gabellarie leges de emptoribus agentes, vt probauit Lassar. d. c. 19. sub n. 5. i. in versic. que sane limitatio.

11 Secundo principaliter obseruandum erit, quod licet clerici, & Ecclesie vendentes immunes sint à solutione gabellæ, emptores tamen laici ferum Ecclesiasticum non gaudent eadem immunitate: quinimo gabellam, & vigeliam soluere tenentur, si eas vendiderint, quia hoc priuilegium concessum fuit personis clericorum, & Ecclesiis, non vero rebus: & sic amittunt mutatione persone, iuxta text. in l. licitatio, §. fin. versic. mercatores ff. de public. & vigel. & ibi Doctores. Et in terminis ita voluit glossa in clemens. fin. verbo, non negociandi, & ibi etiam Paul. de Eleazar. & Imol. col. 1. de censib. & hæc est communis opinio, vt plures allegans, affirmat Tiraquell. de retr. lignag. §. 1. gloss. 13. n. 12. vbi citat Bald. consilio 496. lib. 4. dicentem, hanc vbi que locorum seruari est que communior opinio, secundum Boetium decis. 21. 3. n. 19. quam sequitur Bertachin. de gabell. 7. p. princ. §. 8. n. 17. ad fin. & Petrus de Antibol. de numer. 3. p. §. 1. n. 7. i. vol. 1. i. r. diuersi. Doctores.

D. Castillo in l. 6. Taur. gloss. magna in versic. & quod dixi, & in l. 3. Taur. n. 10. cum seq. & in l. 70. Tauri, in verb. T. el alcuala, in addit. in fin. & Montan. in 3. tit. 14. p. 1. quem citat, & Par. ad. rerum quotid. lib. 1. c. 3. §. 1. n. 14. vbi quod hoc iure vtitur, & eam latissime pluribus comprobatur Roland. à Valle consil. 61. per totum vol. 4. & sequitur Petrus Surd. consil. 127. n. 66. lib. 1. & Lassar. d. c. 19. n. 15. & 27. diximus supr. §. 44. n. 2.

Quod si fructus vacantis beneficii Ecclesiastici per laicum administratorem venduntur, gabella non debetur, quia vere is Ecclesie nomine, cuius beneficium vacans est, non suo vendit, ex Lassar. de decim. vend. c. 15. sub n. 9. & c. 19. n. 43. ¶ Nec etiam debetur cum existente lite super Ecclesiastico beneficio eius fructus commissi laico sequestro, ab eo venduntur, quia is etiam non suo, sed alieno nomine, id est Ecclesie negotium gerit, licet, ff. de pign. & in terminis probat Parlad. lib. 1. rerum quot. §. 1. n. 25. iuxta impressionem an. 1595. quem sequitur Lassar. d. c. 9. n. 43. ad fin.

Hoc ¶ tamen verum esse censentes, nisi fraude administrationis bonorum Ecclesiasticorum laico concessæ constaret, nempe, quia præcellerat venditio, vel locatio eorum laico vel laicis facta, & ad fraudandam gabellam, hoc tacito committeretur eisdem, vel aliis laicis administratione, & venditio eorumdem fructuum Ecclesiasticorum nomine Ecclesie, vel dignitatis, cuius erant præd. fructus, tunc namque licet nomine Ecclesie, vel dignitatis verbo negotium gerat, vere tamen, & re ipsa non ita est, sed nomine proprio illius qui emerat, vt conduxerat præd. fructus, & plus valere debet, quod agitur, quam, quod simulate concipitur, vt supra quoque in terminis probauimus, & tenuimus d. c. 9. 44. n. fin.

Tertio obseruo, quod re communi inter clericum, & laicum vendita vnico pretio, licet clericus pro sua parte gabellam soluere non teneatur, laicus tamen pro parte pretij ad se pertinenti eam debet, argumento dict. l. 6. in fin. ibi: *Por lo que a ellos tocara, y puede tocar, & tenet Lassar. dict. capit. 19. numero 16. & 17. id quod quotidie in praxi habetur in locis, vbi soluitur gabella ex locatione defessorum inter plures heredes laicos, & clericum, vel clericos communioni pro indiuiso: Laici namque soluunt gabellam pro partibus pretij ad se spectantibus, clerici vero minime pro suis.*

SVM M A R I A.

- 1 Gabella an debeatur ex bonis hereditatis iacentibus clericis venditis, vt creditoribus satisfiat? & n. seq. resolutum affirmatiue, n. 4.
- 2 Hereditas, iacens representat personam defuncti, sed hæc representatio ficta est, & imaginaria, vt in numer. 4. ad fin. quia qua personam requirunt ab ipsa hereditate fieri nequeunt, vt in n. 5.
- 3 Personalia, que sunt cum persona, extinguuntur.
- 4 Hereditas postquam est adita non dicitur amplius hereditas defuncti, sed patrimonium hereditatis.
- 5 Gabella non debetur ex venditione bonorum laici facta per Ecclesiam, vel clericum ab eo heredem institutum.

- 9 Bona clericorum gaudere eodem privilegio, quod ipsi clerici gaudent, quomodo intelligendum sit?
 - 10 Bona patrimonialia clericorum, quando gaudeant privilegiis Ecclesiarum, & quando non?
 - 11 Restitutio in integrum competens Ecclesiis, non competens clericis ratione bonorum patrimonialium.
 - 12 Gabella an debeatur ex bonis Episcopi defuncti: & numeris seqq. ubi late distinguitur.
 - 16 Gabella an debeatur ex venditione bonorum clerici iuben- tis in suo testamento, ut heres suos laicos vendat talem suum fundum, vel alia bona Titio certo quodam pretio ibi destinato? & numeris sequentibus, resoluitur affirmatiue num. 20.
 - 18 Dominium rei legatae tranfit ipsa iure in legatarium a morte defuncti, absque alia traditione.
 - 19 L. 2. C. de rescindend. vendition. remedio non est locus in bonis venditis ab herede in sua testatoris certo aliquo pretio: intellige, ut in n. 24. ubi limitatur.
 - 21 Perfectio contractus dicitur esse eadem contractu.
 - 22 Fictio in preiudicium tertij non procedit.
 - 23 Testator statuendo certum pretium rei sua vendende Titio, censetur residuum ei donare.
 - 25 Gabella non debetur ex bonis clericis, vel Episcopi defuncti venditis pro expiaco anime sue, quando omnia veniunt in eum sine expenda, quia animam suam instituit heredem universalem pro Missis, sacrificijs, & elemosynis pauperum, solutis debitis, & legatis.
- QVÆSTIO. LXXXVIII.**
- An gabella debeatur ex bonis hereditatis iacentis clerici venditis, ut creditoribus satis fiat?
- 1 Quæritur circa eadem l. 6. tit. 18. hoc lib. 9. an gabella debeatur ex bonis hereditatis iacentis clerici promouiti venditis, ut creditoribus satisfiat, adita postea hereditate per legitimum, vel testamentarium heredem laicum: necne?
 - 2 Et videtur ipsam non deberi: quia hereditas iacens representat personam defuncti, non vero heredis futuri, i. meo quod seruo in fine, l. hereditas, ff. de acquir. rerum domin. cum simil. sed persona defuncti clerici erat privilegiata, & immunita à solutione gabelle, ut in d. l. 6. Ergo, & ipsius hereditas iacens cum soluere non debet: Quo argumento vidi nonnullos aduocatos in praxi defendere ipsam hereditatem iacentem clerici defuncti bonorumque defensorem, & testamentarios à petitione gabelle in iudicio propozita per gabellarios, consulentes etiam, ut prædicta bonorum venditio pro satisfactione eris alieni fiat, antequam adcat hereditas, ne si postea fiat, debeatur gabella.
 - 3 Quæ opinio (si vera esset) à fortiori procederet, si hereditas esset repudiata ab herede, & ad instantiam creditorum creatus esset defensor bonorum, & cum eo fulminato processu circa verificationem, & prælacionem debitorum sententia ferretur, qua omnia bona clerici defuncti venire mandentur, creditoribusque satisfieri iuxta ordi-

nem, & locum singulis præsignatum: tunc enim clarior videtur, gabellam non deberi, quasi ea bona ut clerici defuncti eiusque nomine ueniant ex textu §. 1. in §. qui, & ex quib. caus. manumitti poss. & in §. 1. in §. de her. qual. & differentia, præcipue tempore digefforum, iuxta notata in §. de succelf. sublat.

His nihilo fecius non obstantibus, contrarium 4 in vtraque specie est probandum, atque tenendum in praxi, nempe gabellam deberi, atque esse soluendam, sine hereditate repudiata, siue adita fuerit post venditionem præd. bonorum, quia quando postea hereditas est ne per clericum, aut eius nomine, sed hereditate venditio celebratur: representatio namque defuncti, & cuiusuis alterius, quæ per hereditatem fieri intelligitur, ficta est, & imaginaria, per quam iura personalia minime conseruantur: & quæ enim personam requirunt, ab ipsa hereditate expelluntur: hereditas in multis cum ibi notat. ff. de acquir. rerum domin. At privilegium nostræ l. 6. de quo agimus, personale est propter sacri ordinis dignitatem, vel beneficium Ecclesiasticum obtentum: Ergo ad hereditatem non tranfit, ut in regula iuris Privilegium 7. de regul. iur. in 6. & Personalalia namque quæ sunt cum persona extinguntur. §. in iuris. de usufruct. Quod si aliud diceremus, etiam ad heredem aduentum id privilegium tranfiteret: is namque proculdubio defunctum repræfentat à tempore mortis l. heres quandoquæ ff. de acquir. hereditat. & tamen contrarium est dicendum ex l. privilegia, & l. in omnibus causis, 2. ff. de regul. iuris, cum ibi notatis, & in l. l. C. de privileg. dot. & quia post aditam hereditatem amplius non dicitur hereditas illa clerici defuncti, sed proprium patrimonium heredis, iuxta doctrinam glossæ communiter approbatæ in l. 1. §. veteres, in verb. per vnum reliquorum, verfic. ac post aditam, ff. de acquir. poss. sion. quam ibi sequuntur communiter Doctores, & Bar. in rubric. n. 1. ff. de acquir. hereditat. etque communiter approbata, secundum Ist. in d. l. prima, numero 18. & patet ex eodem in d. rubric. de acquir. hereditat. n. 6. & Segur. in l. cohæredes, §. cum sita n. 114. ff. de vlt. gar. & pupillar. subtit. Anton. Gom. in l. 45. Taur. num. 154. similis gloss. in l. penult. verb. hereditatis, ff. si certum petat. & ibi Ial. in §. fin. num. 8. plures glossas, & DD. allegat, inde inferens ad quatuor optimas quæstiones, & decisiones spectantes ad ornatum, & praxim illius glossæ, & communis opin. similis gloss. in l. heres per seruum, gloss. 1. ff. de acquir. hereditat. etque communis secundum eundem Ant. Gom. in l. 22. Taur. n. 13. sequitur Beccius consil. 74. n. 8. 26. & 30. ubi limitat, & Menoch. in 4. remed. adipsend. poss. n. 190. diximus in reper. l. nemo potest, n. 76. ff. de legatis primo, & latius in c. quamuis patrum, verb. omnino seruari debet n. 8. de pat. in 6. Giron. de gabell. 9. part. §. vnic. n. 15. Ergo persona duntaxat heredis inspicenda est, non vero clerici defuncti, ex l. 1. §. præterea, cum gloss. ibi, verb. mixta ff. de separ. Ergo cum heres sit laicus, tenebitur soluere gabellam, quia cum venditor debet, iuxta l. 1. in §. hoc lib. 9.

Quo fit, ut si laicus defunctus heredem 8 clericum, Ecclesiam, aut Monasterium, aliamve exemptam personam reliquerit, quæ eius hereditatem adierit, si post eius aditionem bona aliqua hereditaria vendantur, pro legatis, debitis soluendis, aut alias manu quæ heredis, aut testamentarij, gabella quidem non deb. bitur, quia

quia iam tunc non bona laici defuncti, sed exempti heredis uenunt, ut in terminis recte probauit Lassar. de decim. vendition. cap. 19. numer. 40. dicens, esse valde nitendum in hac materia, quia sæpe contingit, & iam nos vidimus litigatum in factu circa bona eiusdem magni equitis clericum relinquens hærédem: Et hæc de hoc primo casu.

Secundo quidem casu principali supra signato, nempe cum repudiata hereditate clerici defuncti, bona eius iuridice venduntur pro satisfactione creditoribus, creato legitimo defensore, quod adhuc in hac specie gabella debeatur, probatur, quia vere tunc ab ipsis creditoribus, sibi que ipsis res illa, bona que hereditaria venduntur, ut patet ad sensum: quibus fit, ut merito præfatam resolutionem in vtroque casu pro gabellario probauerit Lassar. d. c. 19. n. 38. cum seq. quem sequitur Giron. de gabell. in 11. p. in prin. n. 8. & 9.

Neque obstat fundamentum contrarium supra adductum pro aduocato, quia illud sufficienter est diluunt ex prædictis pro hac veriori sententia.

- 9 Non tamen etiam obstat, quod alias dici solet, bona clericorum gaudere eodem privilegio, quo ipsi clerici gaudent: Id namque verum est, cum principaliter persona ipsa inspicitur ad exactionem tributi, tunc enim ne persona ledatur, & bona ipsa privilegiata esse intelliguntur: fecus autem est, cum bona ipsa principaliter considerantur, ut est noster casus, in quo nulli est persona clericis, vt pote iam defuncti, sed de ipsis bonis duntaxat agitur, tunc enim privilegium personæ non extenditur, secundum Dec. in Ecclesia S. Marthæ, n. 18. de const. quem sequitur in proposito Lassar. d. c. 19. n. 47.
- 10 Similiter non obstat alia doctrina, quæ habet bona patrimonialia clericorum eadem habere privilegia, quæ bona ipsarum Ecclesiarum, iuxta gloss. in c. vltimo de vita, & honestate cleric. & in cap. Ecclesia Sancte Marthæ de const. & in cap. ex litteris de pignori. hoc tamen licet verum sit, proredit, vbi id à iure expressim conceditur. Alias namque privilegia Ecclesiæ quoad eorum bona competentia, non extenduntur ad clericos quoad eorum patrimonium, nisi à iure expressim diuersum fuerit statutum in aliquibus casibus, iuxta resolutionem Abbatis, & Felyn. num. 10. in d. cap. Ecclesia Sancte Marthæ, & eiusdem Abbatis, & Antonij, colum. final. in cap. si diligenti. de præscript. quam opinionem fateor communem esse Decius in d. cap. Ecclesia, num. 18. & probatur auctoritate glossæ contraria approbatæ, in clement. 1. de in integr. restitut. t. quæ expresse asserit, restitutionem in integrum Ecclesiæ iure minoris competentem, nequaquam ipsis clericis concedi ratione patrimonij, alioqui durum esset, bona patrimonialia clericorum potius habere privilegia, quæ bonis Ecclesiarum concessa sunt, cum hæc bona ad cultum diuinum, & ad subueniendum pauperibus sint constituta: illa vero ad alios quacunque vius pro voto ipsorum clericorum destinantur: & tandem ad hæredes sanguinis extraneos, ut ipsis dominis libentur, transfuntantur, stante lege Regia, & consuetudine vniuersali horum Regnorum Castellæ, & Legionis, ut prædicta omnia referet, & probat D. Conar. lib. 1. variarum resolut. cap. 4. n. 3. & Menchæ de succelf. ore n. §. 10. n. 65.

Quare cum iure non habeamus expressum, quod ex venditione bonorum clericis defunctis non

debeatur, nec soluenda sit gabella, sed tantum de las ventas que hizjeren qualquier Ecclesia y Monasterio, Porlados, y clerigos de los Reynos, y de los trueques, por lo que a ellos toca, y puede tocar, vt in d. l. 6. tit. 18. hoc libro. 9. & sic privilegium clericis in hoc concessum sit personale ipsis defunctis cessat privilegium, quantum si uiuerent, gabellam quidem non soluerent de bonis propriis patrimonialibus ab ipsis venditis, vel permutatis: quia hoc generaliter de omnibus bonis clericorum ita expresse cauetur in d. l. 6. Unde ipsa comprehendit etiam patrimonialia, & venduntur quæ à clericis acquisita, (excepta causa negotiorum) vt libera & immunita à solutione gabellæ sint, si vendantur, vel permutantur ab ipsis clericis.

Bona tamen Episcopi defuncti, si per iudicem 12 seculari aliumve quemcumque apud sequestrum deponantur, iuxta quotidianam praxim, & sequester ille iudicis auctoritate, aut alio modo aliqua ex illis bona vendat, ne precat, puta triticum, hordeum, aut vinum, aliaue bona, quæ seruando seruari nequeant, vel etiam alias in subhaftatione, quæ auctoritate iudicis fieri solet, distinguishendum erit circa cognitionem, an debeatur gabella necne ex his venditionibus in hunc sane modum.

Vt siquidem bona illa Episcopi prædefuncti, tanquam spolijs Cameræ Apostolicæ vendantur, ipfisque nomine gabella non debeatur ex privilegio, seu potius iure Cameræ Apostolicæ.

Si vero prædicta bona vendita sint propria 13 ipsius Episcopi, atque patrimonialia, hoc est, non acquisita intuitu Ecclesiæ, de quibus, ut quilibet alius clericus testari poterat, & laicum heredem inflimere, iuxta text. in cap. final. manifeste 12. q. 1. & quæ resolut. D. Couar. in cap. 1. n. 3. de testam. l. 6. in fin. tit. 3. lib. 1. non collect. Reg. non enim Episcopus ratione suæ personæ, seu ratione bonorum Episcopatus testari prohibetur, vt tradit Sarmient. de reddit. Ecclesiæ 2. par. cap. 3. n. 4. idem dicendum erit de huiusmodi bonis, iacente hereditate, distractis, quod de clerici alterius cuiusuis bonis supra resoluitur, vt scilicet, gabella debeatur, nec non etiam si de bonis ratione Episcopatus acquisitis testatus fuerit ex Summi Pontificis licentia, & facultate, & licum heredem instituerit: tunc namque, siue iacente adhuc hereditate, siue post illius laici aditionem bona Episcopo vendantur pro soluendis debitis, aut legatis per testamentarios, & ex sequutores ab eo relictos, vel per heredem institutum, aut iudicem ex sequentem illud, proculdubio dicendum est gabellam deberi, vt in cæteris clericis resoluitur. Ita in terminis probat & tenet Lassar. de decim. vendition. c. p. 9. n. 48. & 49. dicens, ita ex facto responde in obitu doctissimi viri Iacobi Simancae Episcopi Zamorensi. pro gabellano, t. id amplians, 14 etiam si hæres ille laicus clericus, aut Episcopi non in vniuersum esset hæres institutus, sed in residuo bonorum, scilicet, post debita, & legata soluta, quæ solui caussit testator, ut quotidie fit, cumque adhuc dominus sit hic hæres omnium rerum, quotquot in hære litare reperiantur, & actiones actiue, & passiue in eum tranfeant per aditionem hereditatis, & legatis, ac debitis obstringatur non minus, quam si vniuersaliter esset hæres institutus l. cum heredes, ff. de acquir. poss. sion. t. Quinimo, & procederet eandem 15 resolutionem affirmatam, quamvis ex iussu Episcopi, el

clerici

clerici testatoris bona illa venderentur per heredem laicum, aut testamentarios, quia adhuc istius domus vendentis, non Episcopi, aut clerici indubitanter persona inspicienda est, vt probat laticus idem Lallan. cap. 16. sub n. 23. & n. 29. vbi n. 30. limitat, si forte bona illa ab ipso clerico testatore venderentur in suo testamento emptori presententi, de quo supra egimus.

16 Quod si ipse clericus, vel alias exemptus in suo testamento mandat heredem laico non exempto, vt vendat talem fundum, vel alia bona Titio certo quodam pretio ibi designato, quaestio est, an postea, herede hoc adimplente, debeatur gabella ex illo pretio? Videtur namque prima inspectione, gabellam non deberi, vt pote venditionis iussu fieri a clerico pretio certo constituto, 17 ex quo videtur celebrata statim venditio, argumento text. in principio, & in spretium cum similibus. in d. de emptione & venditione. glossa communiter approbata. iuncto text. in l. fin. verb. intelligi. 18 C. de premissis Decret. lib. 1. c. 1. Secundo, quia in hac specie ille, cui mandatur fieri venditio a testatore, oblat pretio ab eo designato absque alio nouo consensu heredis potest rem illam rei vendicare, tanquam dominus eius, quia in eum legatarium translatum fuit dominium ipso iure, absque alia traditione, secundum Bart. in l. uxorem, §. agri plagam per text. ibi, ff. de legatis tertio, & in l. adiuuor. §. meminisse ff. de legatis primo, cum quo transeunt alij, quos refert Labii n. 4. vbi n. sequentibus, late agit de eius veritate contra alios.

19 Tertio, quoniam in rebus venditis ab herede iussu testatoris certo aliquo pretio, non est locus remedio reuersionis, l. 2. C. de descendend. vendit. quia ea lex non habet locum, quando necessitas vendendi oritur ex testamento, vt voluit Bald. in d. l. §. meminisse in principio, per illum text. & ibi quoque Imol. Cuman. Paul. Castren. & Aretin. in secundo notabili, & alij, quos refert Tiraquell. ad finem tituli de retractu lignagier, numero 5.

20 Verum si his non obstantibus contrarium proculdubio probandum est: imo, quod adhuc ea in specie gabella ex ea venditione debeat, & soluenda sit: quia quod testator præcepit, non fuit contractus, sed vltima voluntas deambulatoria, vsque ad mortem: ad hoc enim vt contractus fuisset deberet concurrere, atque intercedere consensus vtriusque contrahentium in vita eiusdem testatoris, essetque tunc irrevocabilis, & non deberet tunc gabella ratione privilegij venditoris, vt præmissimus: Sed hic omnia hæc defecerunt, quia nec emptor consensit in vita & presentia testatoris, nec fuit celebratus vllus contractus, sed tantum fuit quedam vltima voluntas deambulatoria, vsque ad mortem: Ergo ex ea solum venditio celebrata non fuit, sed potius quoddam legatum, quod post eius mortem, & non antea deferretur ad legatarium, vt quilibet hæreditas, vel aliud legatum, quo tempore testator iam non est in rerum natura, nec aliquid facere potest legatarius. Igitur idemque emptor acceptans legatum, & contentiens post eius delationem non contrahit cum defuncto, sed cum eius herede, qui vere & realiter venditor actualis est, licet præcise teneatur eam rem pretio destinato a testatore vendere, ac tradere, iuxta eiusdem testatoris voluntatem: Non enim l. Regia. l. fitu. 17. hoc libro 9. ex promissione, mandato, vel præcepto de vendendo, etiam certo quodam pretio constituto, in-

bet gabellam solum, sed ex pretio, quo res venierit, vt ex ipsamet. l. eiusque litera patet: At re vera in nostra specie ex solo præcepto testatoris hæreditate facto de vendenda re Titio, etiam certo quodam pretio ad id præscripto, venditio dici non potest celebrata vlllo modo cum ad hoc requiratur mutui consensus vtriusque partis: ac denique, quia testator, durante sua vita, potest hoc reuocare, & legatarius huiusmodi futuram emtor potest, etiam mortuo testatore, non consentite, nec legatum huiusmodi agnoscere: Interim igitur quod id non acceptat, venditio nulla est contracta: sed tantum adest præceptum quoddam simplex de vendendo illo pretio, ex quo gabella non debetur: sed tunc demum cum venditio ipsa celebratur accedente consensu legatarij, quo tempore cum herede defuncti dicitur contrahi venditio: non vero cum defuncto, qui non est in rerum natura, nec hæc venditio retrorahit potest ad tempus præcepti testatoris, seu legati de vendendo, quia non sunt extrema habilia, vel saltem extremum à quo, morte testatoris intercedente: 11 et quia perfectio contractus dicitur esse idem contractus, Bald. in l. si voluntate. C. de rescindend. venditio. & in l. multum in re rest. column. fin. n. 11. vers. sed hic quæro. C. si quis alter. vel sibi. Felyn. in cap. 1. n. 31. despons. Iuuant etiam hæc partem verba testatoris præcipientis, heredem facere præd. venditionem.

Non obstat primum fundamentum contrarium supra adductum: quia constituto, & designato pretij ad hoc, vt venditionem efficiat, debet esse facta mutuo consensu partium, vt constat ex eisdem iuris. supra allegatis cum similibus. At in nostra quaestione testator tantum fuit, qui pretium constituit, & designauit in testamento, non vero futurus emtor, Secundum etiam non obest, quia Doctores in id adducti, non dicunt in ea specie esse contractum celebratum cum defuncto, neque quid tale iure dicere poterant, vt pote deficiente consensu, vel acceptance emtoris: sed tantum asserunt, quod legatarius emtor offerendo, siue consignando pretium a testatore designatum, possit rei vindicare rem sibi venditam, vt suam, ex quo non infertur, quod in quantum est contractus venditionis, celebratus fuerit cum defuncto, sed quod adimplente legato id, quod eidem incumbit (hoc est) solvendo, vel offerendo, aut consignando pretium à defuncto præscriptum, transibit dominium in ipsum legatarium, absque traditione, prout est regulare in cæteris legatis: Competere igitur legato huic, de quo agimus, rei vindicationem, minime probat, venditionem esse celebratam, neque perfectam in vita testatoris clerici, sed potius cum ipso herede: Dato tamen, sed non concessio. contrario: id quidem re vera per fictionem, & improprie procederet, vt patet: 12 Et ius præiudicium tertij factio non procedit. l. stipulatio de dote, ff. de iur. dot. gloss. in cap. quia nostra de privileg. cum similibus. Stante igitur præiudicio tertij præmaxime erit vera sententia, Cyn. & Iacob. de Aretin. quos refert Bart. in d. l. uxorem, §. agri plagam ff. de legat. 3. tenentur, quod in nostra specie venditio sit heredis, necessitas vero, & obligatio vendendi à defuncto proci fit.

Tertium etiam non obest, nempe l. 2. C. de rescind. vendit. non habere locum in re vendita certo pretio iussu testatoris, quoniam res illa tuendo certum pretium, vt tenetur quod restituendo est donare, 13 Ideoque dicunt Raphael Hieron. 1. 4. Toti.

Tort. & Labii §. meminisse, quod si testator putaverit, illud esse iustum pretium, habebit locum dict. l. 2. argumento l. cum tale, §. legato falsum, ff. de conditio. & demonst. quoniam etiam si testator non præscriperit certum pretium, æque habeat locum dict. l. 2. ac si absque præcepto testatoris res fuisset vendita, secundum ipsum Bald. & Imol. in l. Imperator. §. 1. per illum text. ff. de legatis secundo, quos, & alios refert, & sequitur Tiraquell. vbi supr. n. 9.

25 His igitur sic explicatis, nostra principalis affirmatiua sententia in quaestione principali, de qua supr. limitatur, vt non procedat, quando clericus, vel Episcopus testatur de rebus patrimoniij sui, vel etiam de reliquis cum facultate tamen Papæ pro anima suavit, quod omnia bona sua, soluis debitis, & legatis, relinquat expendenda pro viuaculo anime suæ, quam instituit heredem exiuciosalem, nempe in Missas, & sacrificia, atque pauperum elemosinas, ex his, que supra resoluimus, hæc de re principaliter agentes, quæst. 74. per totam, iuxta que hæc limitatio intelligenda est.

SVMARIA.

- 1 Gabella an debeat ex parte hereditatis adita per vnum ex heredibus clericum minorem 25. ann. & postea beneficio restitutionis repudiata, stante alio cohærede clerico maiore 25. ann. ad eum? & n. seqq.
- 2 Restitutio tantum adfert, quantum abstulit læsio.
- 3 Porro hereditatis repudiata accrescit cohæredi etiam inuito, quod verum est, quando pars repudiata nunquam fuit adita: scilicet si semel adita, beneficio restitutionis fuit postea repudiata, vt in numero 5. nisi prædicti. restitutio impetrata fuisset propter dolum ipsius cohæredis, qui induxit minorem ad aduendam hereditatem, vt in n. 6.

QVÆSTIO LXXXIX.

An debeat gabella ex parte hereditatis heredis clerici minoris ætatis vendita, qui postea petita restituta in integrum aduersus suam aditionem, repudiavit hereditatem?

- 1 Quæro etiam, existentibus duobus heredibus clericis patris sui, ipsique hereditatem aduenimus, vni eorum, qui erat minor 25. ann. restitutus fuit contra acceptationem, & postea suam partem hereditatis repudiavit, qua vendita fuit ante, vel post ad soluenda debita hereditaria: an ex pretio huius venditionis debeat gabella?
- Et videtur, ipsam non deberi: quia, etsi privilegium, vel exemptio repudiantis ab ea non excuset, quandoquidem suam partem repudiavit, & proprietatem per acceptationem prius acquisita, redacta sit ad non causam propter restitutionem, & repudiationem postea subsequuntam, ac si à principio non fuisset acquisita, 1 quia tantum adfert restitutio, quantum abstulit læsio, vt in l. quod si minor, §. restitutus ff. de minor. cum similibus: 2 atiam cum portio repudiata accrescat cohæredi inuito hæreditate. C. de impub. & aliis subdit. l.

quædam cum materia C. quando non pet. par. & in l. re conuulsi ff. de legat. 3. text. in l. unic. bis iua definitis, ibi, & hoc nolentibus ipso iure accrescat. C. de caduc. rilland. & cohæres, qui adinit hereditatem, sit etiam clericus, videtur quod ex sua persona gaudere debeat immunitate eo quoque pars, quæ sibi accrescit, sicut propria, in qua fuit hæres institutus.

Nihilominus tamen his non obstantibus 4 contrarium probandum venit eo casu, 5 quo hic cohæres maior noluerit sibi acquiri partem accretentem, sed eam repudiaverit, provt potest, 6 quia licet pars hereditatis repudiata accretat alijs cohæredibus inuitis, hoc tamen verum est, & procedit, quando pars repudiata nunquam fuit adita: tamen si postquam fuit adita, beneficio restitutionis fuerit repudiata, non acquiritur cæteris cohæredibus, absque eorum voluntate, vt in l. si minor ff. de acquirend. hered. Ergo cum in specie nostræ quaestiois portio hereditatis prius fuerit adita, & postea repudiata, consequitur, vt si cohæres suam partem agnosceret, noluerit sibi acquiri partem prædictam, sibi inuito non accretet, sed remanebit creditoribus hereditarijs, ac proinde gabella ex pretio eius debebitur: scilicet erit dicendum, si hic cohæres clericus adierit, vel agnouerit partem præfatam sui cohæredis minoris, beneficio restitutionis repudiata: tunc namque gabellam ex eius venditione non soluet ex omnibus supradictis pro hac parte in principio huius quaestiois.

Limitatur tamen d. l. si minor, quando restitutio in casu eius impetratur propter dolum cohæredis, qui induxit minorem ad aduendam hereditatem, tunc enim accrescit eidem cohæredi pars repudiata etiam inuito, vt post alios docuimus in repetit. l. nemo potest. 39. ff. de leg. 1. quo casu si sit clericus cohæres, non debebitur gabella ex prædicta venditione privilegio persone, per supradicta.

SVMARIA.

- 1 Clericus hæres defuncti acceptans eius hereditatem enidenter damnosam, vtpote non sufficientem ad debita defuncti persolvenda, cum beneficio inuentarij in eum sinem, vt ex venditione rerum hereditatis non solvantur gabella, sed integrior fiat solutio creditoribus hereditarijs, nihilominus gabellam soluat, necne? restitutur affirmatiue n. 2. nisi fraus probetur contra gabellam arbitrio iudicis, vt in n. seqq. & n. 12.
- 2 Fraus, dolus, vel delictum, in dubio non presumitur, sed competentibus indicij probatur, vt in n. 3. 4. & 5.
- 3 Gabellam fraudans peccat mortaliter. Vestigal iniustum, & illicitum fraudans non peccat. d. n. 6.
- 4 Fraudare non licet consanguineum commodo, & beneficio retractus sibi iure sanguinis competenti, & num. 8. & quando dicuntur fraudem fieri eidem.
- 5 Gabella fraudatur, quando quis eo solo animo locat, vt gabella euictur alia venditurus.
- 6 Potest quis alium provide in sui fraudem facere, licet inde in consequentiam minus principaliter alteri damnum sequatur, & n. 10. & 11. quomodo hoc intelligatur?

QVÆST

QVÆSTIO. XC.

An clericus hæres defuncti adiens cum beneficio inventarij eius hæreditatem evidenter damnosam, vt non soluat gabellam, sed vt fiat integrior solutio creditoribus hæreditatis, teneatur adhuc eam solvere ratione fraudis præsumptæ, necne?

1 QVÆRO + veteris, an clericus qui est vnus ex hæredibus defuncti, adiens eius hæreditatem evidenter damnosam, vt ipse non sufficienciam debita defuncti per solvenda cum beneficio inventarij ad finem (vt creditur) vt ex venditionibus rerum hæreditatis non solvatur gabella, eam nihilominus solvere teneatur ratione fraudis præsumptæ, necne?
2 Respondeo. + in dubio fraudem non præsumi, dolum, nec delictum, nisi probetur, l. merito, ff. pro soc. l. quoriet, §. qui dolo, ff. de probat. cum similib. Mascard. de probat. volumin. 4. concl. 814. n. 2. cum sequentibus. & ideo regulariter, nisi aliud constet, vel probetur, clericus hic, cum sit immunis à solutione gabellæ, vt in nostra l. 6. tit. 18. hoc lib. 9. eam solvere minime tenebitur ex prædict. venditionibus in præmissa specie, cum per additionem hæreditatis sit effectus dominus rerum hæreditariarum, vt diximus supra questione ab hinc secunda: Cum enim vtatur iure suo adiens hæreditatem cum beneficio inventarij, non est, cur ei aliquid imputandum sit, præmaxime cum potius sit præsumendum hoc fecisse, vt voluntatem testatoris exsequeretur, eaque debita solveret, quod iustissimum est, quamuis gabellam fraudet, & inde minus principaliter sequatur damnum gabellarj: Id namque quod principaliter agitur, semper est attendendum, l. si quis, ne causam, & ibi lal. numero 4. ff. si certum petatur, cum similibus. + Ceterum si clericus hic principaliter intendat ex suo facto silco præiudicare, cumque gabella fraudare, hocque indicis competentibus saltem constiterit, l. dolum, C. de dolo, cum similib. late Mascard. de probat. l. 1. tomo, conclusione 530. numero 2. cum sequentibus, vbi qualiter hoc sit intelligendum, debet præiudicio gabellam, ne fraus sua sibi parocinetur, & quia in materia gabellarum potissimum fraudibus obuiandum est, vt constat ex l. 1. titulo 17. hoc lib. 9. & in alijs legibus huiusmet libri: difficile tamen erit hoc comperire. + Nihilominus fraus in hac specie probari videbitur, si cum essent hæreses simul clericus, & laicus hæreditatis adeo evidenter damnosæ, vt constaret minus sufficienter esse ad perfoluenda omnia debita defuncti, nihilque aliud commodi eis resultat, quam se esse ministros creditorum, inter se agentem, vt hæres clericus tantum adiret hæreditatem, non vero laicus, ne gabella deberetur, alijs actus præcedentes huius fraudis probarentur in præiudicium fiscali, vel gabellariorum: tunc enim cum clericus hic magis censendus sit minister creditorum, quam dominus hæreditatis, cum notorium sit, nihil ex ea sibi remansurum, ratione huius fraudis admissæ, tenebitur quidem gabellam solvere. + In summa, rectè indicis arbitrio relinquatur, quando, & qualiter hæc fraus suffi-

cienter probata videatur, cum alias sit difficilis probationis, quia vere probari non potest, vt in dict. l. dolum, & cum alijs tenet Corn. Becr. quæst. 101. n. 4. & Menoch. de arbitrar. iudic. centuria 2. casu 116. n. 21. & late Carter. in pract. crimin. §. homicidij autem species, n. 30. vers. sed qualiter, & Mascard. vbi supra n. 1. plures autem modos probandi fraudem congerit idem Mascard. 2. volumin. de probation. concl. 815. per totam. Cum enim hoc gabellæ tributum iustum sit, id fraudate non licet, vt supra resoluimus quæstio. 2. & 3. quod secus esset, si vectigal illicitum, & iniustum esset, Bart. & Romanus l. vectigalia, ff. de public. & vectig. Bald. in l. cum proponas in fin. C. de nautic. sanor. & plures alios allegans, Tiraquell. in præfatione de vitioque retr. n. 68. cum sequentibus. Vnde cum leges gabellarum nostri Regni sint iustæ, & obligent in conscientia, vt prædicimus, is qui facit in fraudem carum, vel consuetudinis, peccat moraliter, vt vltimè prædict. nostra practica questione allegatos, tenet cum alijs pluribus Tiraquell. vbi supra n. 73. cum sequentibus, vbi generaliter loquitur, + & præterea in terminis legis, vel consuetudinis permissis retractum iure sanguinis, vt minime liceat fraudare consanguinæ cum commodo, & beneficio eius statuti, legis, vel consuetudinis, + & addit ibi Tiraquell. tunc fieri in fraudem legis, vel statuti, siue consuetudinis, etiam cum quid sit vere, sed eo tantum animo, vt emittetur lex, quod alias non fieret, l. si liberis minore, ff. de tur. patronat. & in terminis gabellæ probat Lassart. de decim vendic. cap. 2. n. 37. dicens, quod quando eo solo animo locatur, vt res gabellaria cuitaretur, alias venditur, tunc fraus esset, qua fito non nocet, + licet enim, quis possit actum factum provide in sui fauorem, licet inde in consequentiam minus principaliter alteri dampnum sequatur, arg. l. 2. §. de iure, ff. de aqua plu. arceud. & l. Procus, ff. de damo. insect. + Hoc tamen intelligendum est, quando id principaliter, & directe agerit, vt ibi prospiceret, ne aliud forte dampnum indebite pariatori: tunc si quis id faceret eo animo, & consilio principaliter, vt alterum circumueneret, & ius suum fraudaret, vt probat Tiraquell. in præfatione, vbi supra n. 77. argumento l. non omne, ff. de statut. lib. vbi ita scribitur, non omne ab hæredis persona interueniens impedimentum statu libero pro expressa conditione cedit, sed id duntaxat, quod impediendæ libertatis causa factum est: Vnde hic secundum ipsum Tiraquell. post Stephan. Phe. quod refert: + quod cum actus non destinatur directe ad finem, siue effectum fraudandi legem, sed ad alium, licet incidenter ad eum finem perueniatur, non censetur esse prohibitus, nec factus in fraudem: Ad quod etiam optime facit, ac qui natura, §. sed cum me absente, ff. de negot. gest. qui text. loquitur de eo, qui alium subiecit: & l. seruus dotalis, ff. solut. matrimon. & l. cum pater, §. Titio ff. de legatis secundum, vbi dolo (quod iam supra diximus) non attribuitur, sed providentia: verum est text. præstantior ceteris in proposito, & sic in terminis in l. si pupillus 42. post principium, ff. de acquir. hereditat. ibi: nec enim videtur voluisse fraudare, qui sibi prospicit, ne oneribus patris pupilli hæreditas implicetur.

Ex + quibus omnibus mire confirmantur omnia supradicta, scilicet: + tam nostra decisio huius questionis principalis, vt regulariter, & in dubio clericus hic, de quo agimus, gabellam solvere non

non teneatur: cum potuerit id facere principaliter vt animæ defuncti faceret, opusque pium exsequeretur, vt in dubio est præsumendum, quam vt gabellarium læderet, atque fraudaret, licet inde in consequentiam dampnum ipse gabellaris indirecè patiatur: quam etiam limitatio supra assignata ad nostram præfatam sententiam, & decisionem, vt ipsa non procedat, quoties constaret, iuridice principaliter, id actum fuisse in præiudicium, & fraudem fiscali, vel eius conductoris ne gabellam inde consequeretur. In eo autem difficultas consistit, quomodo, & quando sufficienter de hoc constabit? Ideo iustices prudenter, & circumspèctè se habeant in hoc, nedum volunt operi pio plus debito fauere, gabellario nocent, vt fraudem minus sufficienter præsumentes, creditoribus hæreditatis præiudicent, nos enim regulam generalem hic præfigere non possumus, cum pro diuersitate casuum, & probationum, diuersimode sit iudicandum: Ideo religiosi, & prudentes atque circumspècti iudices arbitrio hoc relinquant, qui pro animi sui iusto motu hæc discernat.

SVMARIA.

- 1 Clericus prima tonsuræ tantum, an debeat solvere gabellam? & resolutio affirmatiue n. 5.
- 2 Clericus prima tonsuræ appellacione clericorum intelligitur, præcipue in favorabilibus, & n. 3. quomodo hoc debeat intelligi.
- 4 Clerici coniugati etiam cum vnica, & virgine duobus tantum priuilegijs viuunt, fori, nempe, & canonis, quoad cetera vero clericorum priuilegia laici omnino censentur, vt sunt gabella, & tributa.
- 5 Clerici prima tonsuræ beneficium Ecclesiasticum actualiter habentes non debent solvere gabellam: secus si possessionem eius non habeant, vt in n. 9.
- 6 L. 2. tit. 4. lib. 1. noua collectio. Reg. præcipiens, clericos prima tonsuræ debere solvere gabellam iusta est, & ideo merito obseruanda, & de eius ratione, n. 8.
- 7 Clerici prima tonsuræ qui priuilegio fori, & canonis gaudere debent, iuxta Concil. Trident. & illius Regni.
- 10 Clericus prima tonsuræ pensionem Ecclesiasticam habens gabellam solvere tenetur, nisi pensio sit constituta in titulo beneficij, & n. 11.
- 22 Pensio Ecclesiastica non est beneficium Ecclesiasticum, nisi constituta sit in titulum beneficij.
- 23 Clericus habens actualiter capellaniam collatiuam, non tenetur solvere gabellam, quia est beneficium Ecclesiasticum, & n. 14.
- 15 Clericus habens præbensionem Ecclesiasticam actualiter in titulum perpetuum non soluit gabellam, alias secus.

QVÆSTIO XCI.

An clericus primæ tonsuræ tantum debeat solvere gabellam, ex suis venditionibus, & permutationibus?

1 QVÆRO modo circa dict. l. 6. tit. 18. hoc libro 9. dum agit de exemptione clericorum à solutione gabellæ, an habeat etiam locum in clerico

prime tonsuræ, ipsique comprehendat. In qua quidem questione, ita distinguendum videtur, vt clerici primæ tonsuræ non coniugati gaudeant hoc priuilegio, & immunitate, vt gabellam non soluant, sicut clerici in factis: clerici vero primæ tonsuræ coniugati, eo non gaudeant, & sic gabellam solvere teneantur ex suis venditionibus, & permutationibus, ac ceteri laici.

Primum membrum huius distinctionis, quod habet, vt clerici primæ tonsuræ non coniugati gabellam non debeant, nec soluant, probatur ex generalitate nostræ legis. 6. ibi: + Clerigos, + Appellatione enim clericorum ille quoque intelligitur, qui prima tantum tonsura est insignitus præcipue in favorabilibus. secundum Abb. in rubric. de vita, & honestat. cleric. & in cap. 2. de præbend. & ibi Decius traditur in c. clerici de iudicis, text. in l. præsbytero, C. de Episcopis, & cleric. Didac. Perez in l. 1. tit. 3. lib. 1. ordinam. colum. 106. in versicul. nomine etiam clericorum, & latius Roderic. Suarez in quæstio. de maioribus, num. 34.

Et in terminis nostræ questionis ita tenet Ioan. à Medina in suo C. de restitution. cap. 15. in principio, & D. Couarr. in pract. quæstion. cap. 3. sub n. 9. dicens, quibusdam legibus ordinamenti veteris hoc probari, esseque communem opinionem, & intellectum ad omnes iuris canonici constitutiones, quibus clerici eximuntur ab his muneribus secularibus personaribus quidem, & mixtis, & Gregor. Lopez in l. 10. titulo 6. part. 1. in gloss. verb. firmon. per text. ibi, & Didac. Perez in dict. l. 1. gloss. 1. colum. n. 99. versicul. clericus etiam coniugatus, tit. 3. lib. 1. ordinament. & in l. 22. per text. ibi titulo 4. lib. 4. ordinam. gloss. fin. quos refert Girond. de gabell. 7. p. in principio, numer. 6. & Matien. alios allegans in l. 1. tit. 10. lib. 5. noua collectio. Reg. gloss. 1. m. 4. & Bobadill. in sua Politia. de Corregid. lib. 2. c. 18. n. 111. litera E.

Sunt tamen, + qui existunt, hanc opinionem admittendam fore, cum clerici primæ tonsuræ probam, & honestam rationem viuendi sectantur, saltem vestes & tonsuram non dimittentes, quod deducere videntur ex Innocen. in cap. primo, de apostatis, & si hunc plures, quos refert D. Couarr. vbi supra dicens, hanc interpretationem non esse fortassis à mente iuris canonici alienam, passim præsertim hęc temporibus, quibus tot clerici primæ tonsuræ, absque tonsura, & vestibus vagantur, moribus, ac vite honestate à ceteris laicis minime distincti: Tandem resoluti Conar. quod cum hæc exceptio iure sit tantum humano instituta, plurimum poterit circa eius vim, & usum consuetudo legitime præscripta præmaximeque non erit eius quævis interpretatio Republicæ conueniens adicienda, cum de muneribus agatur, quæ mixta sunt, & ratione rerum temporalium personis, quoad census, & pecuniæ contributionem indicuntur: etiam si iuxta iuris canonici rigorem, clerici primæ tonsuræ non sint priuandi hoc priuilegio ex eo, quod tonsuram, & vestes dimiserint, nisi prius tertio moniti in hanc incidissent contumaciam. Sufficeret tamen ea monitio, quam fit per publicationem constitutionis Alexandrinæ. Eandem interpretationem ad hanc primam conclusionem voluit Didac. Perez vbi sup. & Matien. vbi sup. n. 4. alios allegans: nihilominus tamen inquit Couarr. se vidisse semel Regias literas in hoc decretas, vt clerici primæ

tonsuræ, etiam non coniugati, cogantur soluere decimam partem pretij, quo res proprias, etiam seculi mercimonij, & negotiationis causa vendiderint, quod ius *alcavala* Hispani, alij *gabellam* appellant: cum tamen ius Pontificum in cap. *quoniam de censibus*. 6. non minus hanc exactiōnem, quam alias in clericorum rebus, & personis prohibuerit: Unde fateri oportet ipsi inquit posse multum in his immunitatibus conuertuntur.

Secundum membrum principale distæ distinctionis, quod de clericis primæ tonsuræ coniugatis agit, nempe, vt hi gabellam soluere teneantur, ex eo probatur, quod quoniam hi etiam si cum vnicâ, & virgine sint coniugati, & tonsura, vestibusque coniugalibus vtantur, tantum duo privilegia, fori videlicet, & canonis obtinent, & gaudent: ad reliqua namque privilegia clericorum laici omnino censentur ex text. singulari, & ibi glossa communiter recepta, verbo, *clericis*. in cap. *quis de cleric. coniug. lib. 6.* sequitur plures referens D. Couartu. vbi *sup.* expresse probans, huiusmodi clericis coniugatis iure negari privilegium immunitatis, quoad gabellas, munera secularia, indicationes collectas, aliane, quævis Regalia obsequia, censum, & his similia: hæc namque subire tenentur hi clerici, sicut subeunt, & præstant omnino laici, quod in specie admittantur, gloss. prædict. in *dist. capit. vnic. & ibi omnes Abb. in cap. ex parte, de cleric. coniug. Guid. Pap. qu. 393.* Berthach. de *gabell. 7. parte n. 22. volum. v. de decimo tractat. diuers. Doctor.* Angelus in *authentica de Monach. §. penultim. Ioan. Mauriti. in repetitione l. vnic. C. quomodo loc. munerum subir. soleant. lib. 10. pag. 75.* Quorum opinio communis est, & ab omnibus approbat in *dist. cap. ex parte, atque item dist. leg. Regia. 23. teste Couartu. vbi supra,* qui eam sequitur, quam etiam probant Petrus Duennas in *regul. 100. limitation. 10.* & D. Azueed. in *l. 2. titulo 4. n. 2. libr. 1. noua collect. Reg. & Matienç. vbi supra n. 5. & Bobadill. lib. 2. c. 18. n. 11.* vbi alios allegat.

His tamen non obstantibus indistincte hodie profitendum est, clericis primæ tonsuræ, siue solutus, siue coniugatos etiam deferentes habitum, & tonsuram clericalem non comprehendit sub privilegio, & dispositione nostræ l. 6. sed quod hi omnino tanquam laici, nisi beneficium Ecclesiasticum obtineant, non coniugati gabellam soluere teneantur de venditionibus, & permutationibus rerum suarum ex expressa in hoc dispositione noua nostri inuictissimi Regis Philip. II. in *l. 2. titulo 4. lib. 1. noua collect. Reg.* quæ ita se habet:

Los clérigos de Corona, y menores Ordenes, que conforme al decreto del santo Concilio de Trento, y a las leyes antes desta pueden gozar del privilegio del fuero, y se entienda solamente quanto al privilegio del fuero en las causas criminales. Pero en todo lo demás, ansi en el pechar, como en el pagar alcavala; y en todas las otras cosas no sean exemptos, ni goçen de privilegio: y paguen, y contribuyan como los legos; en esto, y en todo lo demás sean auidos por tales, salvo los no casados, que actualmente tuieren beneficio Ecclesiastico.

Ex qua l. declaratur nostra l. 6. vt non procedat in clericis primæ tonsuræ solutis, nec coniugatis, vbi illi solui beneficium Ecclesiasticum actualiter continant quod per dict. l. 2. nuncupatum, vt clarum obseruat nomissimi, nempe Olanus in *concordia auinome littera C. num. 21.* Parlad. rer. quotidian. lib. 1. cap. 3. §. 1. numero 3.

Mutienc. dist. numer. 5. Azueed. in dist. l. 2. & Lassart. de decim. capit. 19. numer. 18. vbi numer. 19. inquit, quod cum dict. l. 2. est totus Hispaniæ vsus, sequitur etiam Homadad Greg. Lopez in *dist. l. 49. titulo 6. part. 1. in gloss. verb. has franquezas*, numero 4. & Gironi. de *gabell. 7. part. in princip. numero 7.* sequitur, plures allegans, Bobadill. in *sua Politic. de Corregid. lib. 2. capit. 18. numero 10.* vbi quod ita practicatur in his Regnis, & numer. 263, & 283: quam praxim agnouit etiam Farinac. in *sua quest. criminal. tit. de inquisition. quest. 8. num. 7.* in si. relatus per Bobadill. d. n. 110.

Et præd. l. Regia iusta est, & ideo merito obseruanda: Non enim videtur contraria iuris canonici dispositioni, nempe de *conquiam, de censibus. in 6. & c. aduersus, & c. meminimus de immunit. Eccles.* Nam si credimus Ioseph Angles. in *sua Floribus Theologi quest. in quest. de resti. vestigal. in primo dubio. difficultat. 4.* in præd. iuribus, solum fit mentio Ecclesiasticorum: habentes autem primam tonsuram, non sunt Ecclesiastici, vt ille ait, quia quamuis privilegio Canonis gaudeant, non tamen privilegio fori. Hæc autem responsio non est certa, quoniam iuxta sacrum Concilium Trident. *sess. 23. c. 6. §. 1. tit. 4. libr. 1. nou. colle. Reg.* habentes primam tonsuram gaudere debent privilegio fori, si non coniugati, & habentes habitum clericalem in aliquo ministerio, & officio ex mandato Episcopi seruiant Ecclesie, vel in seminario clericorum, vel beneficium Ecclesiasticum obtineant, vel de licentia Episcopi, quasi ad alios ordines proeucturi, in aliqua schola, vel vniuersitate student.

Sed præter ratio in proposito est, quia præterquam quod est fundata in antiquo Hispaniæ vsu, & conuertuntur, quæ in his clericorum immunitatibus plurimum valet, secundum Couart. vbi supra, habentes primam tonsuram, quidquid in eis omnia alia requiritur necessaria ad fori privilegium concurrant, ad hæc Ecclesiastici omnino non sunt, si Ecclesiasticum beneficium simul non obtineant, & ideo gabellarum immunitate gaudere non debent, tam iuxta ius canonicum, quod de personis Ecclesiasticis expresse loquitur in *dist. cap. quoniam cum similibus* quam Regium, de quo in hæc *l. 6. iuncta dist. l. 2.* vt latius probat Lassart. *dist. capit. 19. numero 21.* dicens hanc esse veram, ac fundamentalem rationem *dist. l. 2.* camque iustissima ratione piti, & numero 22. refert nonnullas differentias inter clericos in minoribus constitutos cum beneficio Ecclesiastico, & eisdem, id non obtinentes.

Sed præter declaratione, & præd. dist. l. 2. titulo 4. lib. 1. obseruandum erit, ex illis eius verbis: Saluo los no casados, que actual mente tuieren beneficio Ecclesiastico excludi eos clericos, qui licet collationem beneficij habeant, & bonum in eo ius, non tamen adhuc adepti sunt eius possessionem, cum lex illa expresse requiratur, quod clericus minorum ordinum actualiter obtineat beneficium Ecclesiasticum ad hoc, vt fruatur immunitate, non soluendi gabellam, vt voluit & recte Lassart. d. c. 19. n. 24.

Secundo circa eiusdem l. 2. praxim, & intellectum obseruandum est, non sufficere regulariter, quod clericus minorum ordinum habeat pensionem Ecclesiasticam ad hoc vt immunitas sit à gabella nisi illa pensio sit constituta in titulum beneficij: alias enim licet pensio dici queat beneficium, non

non tamen est, nec dici potest Ecclesiasticum, vt probat Gigas de *pension. q. 1. 4. 28. §. 2. & 86.* & alios plures referens Azueed. in *l. 1. tit. 4. lib. 1. noua collect. Reg. n. 5.* vbi id pluribus comprobatur, & n. 7. & Flamini. Paris. de *reign. benef. lib. 1. q. 10. n. 68.* & *lib. 2. q. 15. n. 11.* vbi quod est communis opinio idem testatur *lib. 1. q. 4. n. 32.* & in terminis nostræ l. ex præd. hanc resolutionem tenet Lassart. d. c.

12. 19. n. 24. quidem probat respectu gabellæ non soluendæ, quoties pensio est reseruat in fructibus beneficij resignati ab ipso pensionario, quia in fauorabilius huiusmodi pensionarij Ecclesiasticos beneficiatus dicitur, vt resoluit Gigas de *pension. q. 94. n. 8.*

Adhuc tamen in hac specie, cum hic pensionarius vere beneficium Ecclesiasticum ante regressum verificationem actualiter non possideat, sed tantum pensionem de qua dict. l. 2. non loquitur, credo, huiusmodi pensionarij ex causa resignationis teneri soluere gabellam, præterquam si expresse in titulum beneficij sibi sic pensio reseruat, vel si sacro ordine fuerit insignitus, quod solum sufficit ad non soluendam gabellam, vt in nostra hæc l. 6.

13. Similiter etiam clericus minorum ordinum habens capellaniam in titulum perpetuum concessam à Papa, vel alio Ordinario, tunc cum hic dicatur habere, & possidere beneficium Ecclesiasticum iuxta glossam in *element. fin. de decim. Gometius in reg. de iur. iur. ref. q. 23.* & Decius *conf. 210. n. 4.* quos, & alios refert, & sequitur Azueed. in *d. l. 1. n. 7.* & Lassart. d. c. 19. n. 26. non tenetur soluere gabellam.

15. Necnon, & prælimonium habens in titulum perpetuum, cum tunc dicatur beneficium Ecclesiasticum, alias secus, vt late probat Azueed. in *d. l. 1. sub n. 1. & 7.* non tenetur soluere gabellam per prædicta.

SVM MARIA.

1 Clerici, Ecclesiasticaque persona, an iure teneantur soluere ssumam, vel aliam contributionem à Rege, vel alius iudicibus secularibus vtilitatibus impostam, como es los millones concedidos a su Magestad, por el Reyno? & n. seqq.

2 Clerici tenentur contribuere in tributis, & contributionibus in distio omnibus in bonum commune, & publicam utilitatem atque necessitatem, & n. 40.

4 Clericorum exemptio à contributionibus est concessa eisdem per leges civiles Regum, & Imperatorum.

5 Princeps privilegia à se concessa, etiam abique causa legitima reuocare potest, sed vide n. 57. & 58. & 59.

6 Clerici tenentur soluere ssumam, seu gabellam impostam à Consulibus cum consensu domini temporalis super vtilitatibus, vt hic, sed contrarium late probatur n. 8. cum seqq.

7 Ecclesia emens, vel alio modo acquirens prædicia à laico tributaria Regi, tenetur Regi satisficere pro eis, vide n. 61. quomodo hæc intelligatur, & n. 62. & 63.

8 Clerici non solum sunt exempti iure positio à solutione tributorum, collectarum, & aliarum impositionum, sed etiam sua exemptio à iure diuino originem trahit, vt hic, & in n. seqq. latissime probatur, & præcipue cap. 47. Gen. & c. 7. lib. 1. Ejdæ, & c. quoniam de censibus

lib. 6. quicquid contrarium velit Belarm. vt in n. 14. vt resoluatur cum communi, n. 20.

11 Cap. quoniam de censibus & exactio lib. 6. licentia, & intellectus, & n. 12.

13 Ex ratione generalis omnes casus similes deceduntur, & expressi loco exempti probantur.

15 Cap. non minus de immunit. Eccles. littera referunt.

16 Cap. aduersus de immunit. Eccles. littera referunt.

17 Clericorum exemptio probatur etiam sacris canonibus, & auctoritatibus sacra pagina, & diuersis epistolis Summorum Pontificum, vt in n. 18. & auctoritate decreti sancti Concilij Tridentini, vt in n. 19.

21 Concilij generalibus Summorum Pontificum summa fides adhibenda est.

22 Bulla in Cava Domini casus 17. alias 18. referunt contra imponentes clericis collectas, & alia onera, & c.

23 Episcopi tenentur denunciare, eos, qui in censuras Ecclesiasticas incidunt ob impositionem collectarum, & aliorum onerum clericis.

24 Successor in officio illius qui sita impostio clericis remanet in eisdem censura conclusu, nisi satisfecerit intra mensem, non tamen ea censura est reseruat ob non satisfactum, si non exequatur de nouo impositionem ab alio factam, sed statim esset, de quibus autem bonis satisfactio præd. facienda sit, agitur, n. 25.

26 Contradictio impostio sita, vel collecta clericis faciendæ, faciendæ quod in se est, licet maior pars id decreuerit, non incidit in censuram Bullæ.

27 Successor scienter exequens de nouo impositionem contra clericos ab alio factam, exactiōnem continuando incurrit censuram Bullæ reseruatam propter nouum consensum tacite re ipsa se præsumit, & c.

18 Excommunicatio Bullæ in Cava Domini, lata contra imponentes collectas, aliane onera clericis, est reseruat.

29 Summo Pontifice mortuo, durante censura lata in Bulla Cava Domini, nisi in ea aliud cauatur, & n. 30.

31 Clerici sine expressa licentia, & concessione Romani Pontifici grauari non possunt sita, nec alio tributo, ni millones, & n. 33. etiam si sponte clericis vellet soluere collectam, nisi vt in n. 31.

34 Laici imponentes, & exigentes ssumam, & alias impostioes clericis licentia Summi Pontifici, peccant mortaliter. præter excommunicationem, quam incurrun, & n. 36. el legendo.

35 Excommunicatio præsupponit culpam mortalem propter inobedientiam, & absque culpa, & contumacia mortali nullus potest excommunicari.

36 Facientes contra legem iustam in re graui, peccant mortaliter.

37 Clericum securitate conscientia non possunt dissimulare, nec consensu in collectis, sibi impostis.

38 Ecclesiasticum Status gramatus est quam pluribus oneribus de quibus hic.

39 Nobiles non contribunt in los millones.

41 Leges civiles præcipientes clericis teneri ad collectas, & onera impostio pro communi utilitate, & necessitate sunt correctæ sacris Canonibus secundum communem Doct. sententiam, sed in hoc ponitur vera resolutio, n. 42. & 43.

44 Ecclesia, & clerici, quamuis possint exhorari, & requiri per iudices seculares vt contribuant